



A.

fol. 113-23. 25. 27-31. 34-35. 37-38.  
40-42. 44-50. 52-53. 55-57. 59.

18





B6 278



Dieser Band enthält nur Dissertationen von Chr. B. Michaelis.  
(aus seinem eignen Besitze, vol. Nr. 10. F. H. H. l.)

- 1.) Grossheim, de nominibus Christi.
- 2.) Pothovius, de Muhammedismi laxitate morali?
- 3.) Künther, de vocum semineibus.
- 4.) Berlin, de Iosepho et vaticinio eius.
- 5.) Frasercher, de proverbis Salomonis.
- 6.) Michaelis lectiones semestri aestivae 1773 habendae.
- 7.) Michaelis, de historia linguae Persicae.
- 8.) Ladius de nominibus Christi.
- 9.) Friderici, de nominibus Christi.
- 10.) Walther, de ellipsis Graecis.
- 11.) Baumgarten, de Hebraea et adfinitibus linguis a Graeca derivandis.
- 12.) Sapken, de antiquitatibus oeconomiae patriarchalis.
- 13.) zur Linden, de nominibus propriis sacris.
- 14.) Sapken, altera pars antiquitatum etc. [N. 12.]
- 15.) Neubauer, de Salomonis ad laetitiam exhortationibus.
- 16.) Kirebel, de studio partium ab interpretat. removendo.
- 17.) Fertach, de Christo.
- 18.) Langius Christum in materiam natalitiae meditationis.
- 19.) Necisbede, de vaticinio Amosae. [Commendat.]
- 20.) Zorn, solocismus casuum ab ebraismo depellitur.

- 21,) Michaelis, de punctorum Hebraicorum antiquitate.
- 22,) Meier, solociismus generis ab syntasi sacri codicis Ebraei  
 23,) Leidenfrast, nomina numerus etc librorum <sup>Cephalidis.</sup> sacrorum  
 veteris testamenti visibuntur.
- 24,) Hurzelsieder, de modestia exegetica.
- 25,) Yhle, nomina quadam propria vel. et rov. best. et viri-  
 libus in muliebria versa sacro respiciuntur sexus.
- 26,) Schleunitz, philologemata ~~sacra~~ medica.
- 27,) Kahl, de dextertate et sinceritate apostolorum.

In iterata harum dissertationum editione, iternq; in continuandis illis, ut  
esse potuerint. Io. Frischmuller's Dissertation de vaticinio Iacobae Gen. XLIX  
8. 11. Prophecia Moysi par. 2. D. B. v. de Messia Dei Filio, de reueren-

DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM <sup>de Messia filio</sup>  
EX <sup>Dei praesentia</sup> <sup>de Messia in sepul.</sup>  
**ANTIQUITATE IVDAICA** <sup>oro ubi re-</sup>  
<sup>linuendo, de</sup>  
**NOMINIBVS** <sup>supremo, sec. top.</sup>

**CHRISTI** <sup>de Messia character, de no-</sup>  
<sup>mine Messia glorioso, lehou-</sup>  
**DIVINAM IPSIVS NATVRAM** <sup>in ista nostra,</sup>

<sup>DESIGNANTIBVS,</sup>  
**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO** <sup>et plures, in biblia</sup>  
<sup>SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,</sup> <sup>in ca. academia</sup>  
**DN. PHILIPPO WILHELMO** <sup>Franky,</sup>

**PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-**  
**DENBVRGICO, CETERA, ET DVCATVS MAGDEBVRGICI**  
**GVBERNATORE,**

**CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE,**  
**Publico Eruditorum examini subicient**  
**PRAESES**

**M. CHRISTIANVS BENEDICTVS**  
**MICHAELIS,**

**&**  
**RESPONDENS**  
**CONRAD GERARD Grossheim /**  
**Hohensteinenes.**  
**A. D. XXIX. IANVAR. cl. lxxxvii.**  
**H. L. Q. C.**

HALAE Litteris Orphanotropei.

DISSELTATIONEM PHILOLOGICAM DE  
EX AMPLIFICATIONE MELLIS IN  
ANTIGVITATE IVDICA

DE  
NOMINIBVS

CHRISTI  
DIVINAM IPSVS NATVRAM

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO



DR. PHIL. HELMOLD

PRINCIPIS BRUNNENI  
DEPARTAMENTO, CANTONIS MARCHIENSIS  
GOVERNATORE,

CONSTITUTUS ET ASSUMPTUS PROHONORARIIS DIVINIS  
Publico Examinatore, et iudice

PLACES  
M. CHRISTIANVS BENEDICTVS  
MICHAELIS

RESPONDENS  
CONRAD GERARD STEPHANI

Halle, den 17. Decembris 1787.  
A. D. XXIX. JANUAR. MDCCCLXXXVII.  
M. D. C. C.

HALLAE IANUARIIS OPIBVS





DE  
NOMINIBVS CHRISTI  
EX ANTIQVITATE IVDAICA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

**D**igna sunt Christi Nomina, quae pie ac diligenter euoluantur §. I. Nec spernenda, quae ex Iudaica antiquitate hanc in rem suppeditant monumenta; ubi simul institutum nostrum exponitur §. II. Ex nominibus Christi, (quae vel naturae ipsius, vel diversum statum, vel officia designant) haec nunc solum attingimus, quae Divinae naturae sunt §. III. Vocatur enim Messias IEHOVAH simpliciter §. IV. IEHOVAH Deus EXERCITVVM §. V. IEHOVAH IVSTITIA NOSTRA, restantibus veteribus eque ac recentioribus Iudaeis §. VI. Constat Abarbanelis & Saadia detorsio §. VII. Ostenditur, hoc nomen Iudaicis glossematibus ita enervari haud posse, quin ad asserendam Messiae Deitatem maneat efficax §. VIII. Responderetur exceptionibus D. Kimchi & A. Esdrae §. IX. item R. Samuelis b. Nachmani, aliorumque §. X. & R. Bechai §. XI. Alia obiectio ex Ier. 33, 16. diluitur §. XII. Iudaica explicatio nominis IEHOVAH contenditur cum Apoc. I, 8. §. XIII. Inde porro ex Iudeorum scriptis evincitur, Messiam vocari דְּמִינִי דּוֹמִינִי DOMINVM §. XIV. XV. FILIVM Iehouae, ex Ps. 2, 7. 12. §. XVI. XVII. XVIII. item ex Ps. 80, 16. §. XIX. pater SOBOLEM, ex Ps. 72, 17. §. XX. VNIGENAM & PRIMOGENITVM, ex Zach. 12, 10. & Ps. 89, 28. §. XXI. XXII. Denique secundum veteres haec referuntur nomina ex Esa. 9, 5. FILIVS, MIRABILIS, CONSULARIVS, DEVS FORTIS, PATER AETERNITATIS §. XXIII. XXIV.

§. 1.

**V**erisimum est illud Muhammedis, falsi alioquin prophetae, dictum Sur. XX, 7. DEO SVNT NOMINA OPTIMA. Nam cum Deus in essentia sua, in attributis, in operibus suis infinite bonus sit; certe nomina eius, quibus hanc bona.

A 2

nita.



explicandasque sumserimus. Ex Iudæorum, inquis, monumen-  
 tis? quibus ea fere per aliquot sæcula mens fedit, vt quidquid in  
 Hebræo codice de Christo clarum est, vaftris atque obtortis suis  
 glossematibus obscurant. Equidem negari haud potest, magnam in-  
 cesfuisse Iudæos recentiores malignitatem in peruertendis Scriptu-  
 rarum, quæ eximia sunt, de Christo testimoniis; id quod Rabinorum  
 scripta tractantibus nimis sæpe obseruatur, & in hac ipsa disserta-  
 tione aliquot, quæ nobis animaduersa sunt, exemplis commo-  
 strabitur. Sed falluntur magnopere, qui Iudæorum commentati-  
 ones adeo mancas & deprauatas opinantur, vt nihil omnino,  
 quod rectum sit, de Christo sentiant. Nam cum Messias, Patribus  
 promissus, in antiquiori Theologia Iudaica haud dubie locum  
 principem obtinuerit, de quo apud veteres tum ex sacris Scriptu-  
 ris, tum ex traditione, mentio frequens; hinc ille posterorum ma-  
 litia adeo non potuit obscurari, quin præstantissimæ doctrinæ rudi-  
 ra vestigiaque passim ex antiquitate supersint, quæ quamuis haud  
 raro sint Iudaicis interpretamentis ac fabulis interpolata; tamen,  
 quod N. Testamenti locis ad commodata suauiter subinde conspi-  
 rant, prætereunda non sunt. valent enim cum ad confirmandas in  
 religione Christiana mentes, tum ad conuincendos Iudæos; no-  
 stro aucto obfistimatores.

§. III. Cum vero diuersæ sint horum Nominum classes, aliaque  
 magis ad Christi naturas, Diuinam humanamque; alia ad dupli-  
 cem ipsius statum, exinanitionis & exaltationis; alia denique ad  
 officia, quæ Patris voluntate gerit, Regium; Sacerdotale & Pro-  
 pheticum; magis pertineant; nunc quidem ea solum nos attinge-  
 mus, quæ Christo tanquam Deo competunt, ceteris ad aliam oc-  
 casionem reseruat.

§. IV. Nomen יהוה Iehouah tam sanctum, tamque religiosum  
 & Iudei & Christiani in eo omnes conueniant, esse id no-  
 men veri Dei proprium, valore suo significantissimum; quippe  
 quod æternam Dei essentiam, fidemque actualem ac diuinam in  
 seruandis promissionibus æternam, denotat. Conf. Coccei Lex.

Hebr. sub hac voce. Id igitur nomen Christo tribuitur, Diuinam ei  
 naturam vendicans, Deut. XXXIII, 29. אֲשֶׁר יִשְׂרָאֵל מִי כִמֹּךָ עֲשׂוּנֵשׁ.

Hebr. sub hac voce. Felicitate, Israel; quis est sicut tu, populus seruatus per Iehouam. &  
 אֵלֶּיךָ יִשְׂרָאֵל מִי כִמֹּךָ עֲשׂוּנֵשׁ.

מציאתו וכן כתב העובים בערך כ"א מן החלק הר גאון עם דוד  
 לא ישתתף בו וזוהו מן הנבצאים כלל וזוהו נקרא שם הגבורש

Ab. l. III, 29.  
 non traditiones co-  
 nes non a persuasio-  
 modo ne obfistimato-  
 pari nichilo affe-  
 et reuocatis hic  
 capiendo. On. Epit.  
 Test. III, 13.  
 the. quod uideres  
 de Uic. In qua  
 etiam ha. Inuestit. de  
 distinctione, p. d. c. 11.  
 Joh. I, 22. c. VII,  
 27. c. XII, 27.

Et la.  
 A 3  
 non solum in  
 vil. p. d. c. 11.  
 factum. D. p. d.  
 aduers. ant. adu. c.  
 l. 1. p. d. ad c. 11.  
 c. 11. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.  
 A 3. q. 1. p. d.

R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.  
 R. Atho lib. 2.

Esa. XLV, 17. **ישראל נושע כיהוה תשועת עולמים** *Israël saluatur per Iehouam salute eterna.* *Que ambe loca vt hic allegentur a nobis, effecit insignis apud Iudæos auctoritatis & pretii liber, Ialkut, qui Part. II. f. 86. a. Edit. Francof. vbi de aduentu Messie ex Zach. IX. 9. agit, sic habet: אמרו הקדושים ברוך הוא בעולם הזה היותם נושעים על ידי כני אדם במצרים על ידי משה ואהרן מימי סיסרא על ידי דבריהם ובברק ובמרגלים על ידי שופטים ועל ידי שהיו בשר ודם היותם חוזרים ומשתעבדים אבל לעתיד לבוא אני בעצמי נושא אתכם ועוד יותר אין אתם משתעבדים שנאמר ישראל נושע כיהוה תשועת עולמים:*  
*Ait Deus benedictus: Hoc anno seruati fuistis per homines; in Aegypto per Mo- sen & Aharonem; tempore Sifera per Deborah & Barakum; tempore Midia- nitarum per Iudices: quandoquidem vero hi fuerunt caro & sanguis, id est, cæduci homines, hinc rursus sub iugum seruitutis missi fuistis; verum futuro auro egypte ipse vos redempturus sum, neque tunc amplius subiugabimini, quia scriptum est: Israel saluatur per IEHOVAM salute eterna.* Ita quoque *Jonathan, Paraphraſtes Chaldaeus, ad Gen. XLIX, 18. לא לפורקניה דגדעון אנא מיסכי ולא לפורקניה דשמשון אנא מוריק דפורקניה פורקן דשעתא אלהין לפורקן סכית ואוריקת דפורקן: Non redemtionem Gideonis ego respicio, (Iacobum morti- bundum inducit loquentem) neque liberationem Simſonis expeſto, quorum redemio fuit temporaria; sed tuam, o Iehouah, liberationem, qua æterna est, respicio atque expeſto.* Pro quo ultimo membro alii codices *Targumici, quos nupera editio Berolinensis Tablonskiana laudat, sic legunt: לפורקניה דמשה בן דוד דהוא עתיד לפורקיה ית בני ישראל: לפורקניה דמשה בן דוד דהוא עתיד לפורקניה ולפורקניה שגיארת נפשי: Redemtionem Messie filii Davidis, qui redemturus est filios Israelis, & eduſturus eos ex captiuitate; hanc liberationem deſiderat anima mea.* Hanc variationem, aliis quidem verbis conceptam, sed manente eodem sensu, adnotant etiam Editores Operis Polyglotti Anglicani; vt vel hinc pateat, libera- tionem *Iehoua, & liberationem Messie, esse synonymicas loquutiones.* Huc quoque pertinet *Medraſch Tillim Esa, d. Edit. Prag. xbi sic legitur: אמרו ישראל לפני הקדושים ברוך הוא לא כבר נגאלנו על ידי משה בן עמרמי ויהושע בן נון על ידי השופטים ומלכים והיינו חוזרים ומשתעבדים והיינו בכבושה כמי שלא נגאלו: אומר להם הקדושים ברוך הוא לשעבר לפי שנאלחכם על ידי בשר ודם היום כאן ומור בקבר לפיכך נגאלחכם נאולת*

נאולת שעה; ונכשוז אני גואל אתכם על ידי עצמי שאני חי וקיים לבעול  
לפיכך נאולתי נאולת עולם. שנאמר ישראל נושע בידוה תשועת  
עולמים לפיכך לא תבושו ולא תכלמו עד עולמי עד:

*Dixerunt Israelitæ coram Deo benedicto: Nonne iam olim redempti sumus per  
Mosen, item per Iosuan, Iudices, Reges, & nihilominus in seruitutem ac  
ignominiam relapsi sumus, velut qui nunquam essent redempti? Respondet eis  
Deus: Quantum ad præteritum tempus, redemptio quidem vestra fuit momen-  
tanea, quia facta est vobis per caducos homines, qui hodie viuunt, cras sepe-  
liuntur; Nunc vero redempturus sum ego vos per memetipsum, qui vivo &  
permaneo in æternum, propterea mea redemptio erit æterna, sicut dicitur: Israel  
saluatur per Iehouam salute æterna, propterea non pudebitis, neque ignomi-  
nia adficiemini amplius. Quibus parallela sunt, quæ in eodem Medrasch  
Tillim f. 27. b. reperiuntur: אמר רבי יוחנן עובדיא הוה כחד ברנש  
היה מרליק את דגן כלילת היהיה כבה ומרליקו כבה ומרליקו אמר עד  
מתי אהיה מתיגע הולך ממתן אני עד שתזרח השמש ואני הולך לאור  
החמה: כך ישראל נשתעברו במצרים עמדו משה ואהרן ונאלום  
חורו ונשתעברו כבבל וחוזרים ונאלום על ידי חנניה מישאל ועזריה  
חורו ונשתעברו ליון ונאלו על ידי מתתיהו השמונאי ובניו וחורו ונשתעברו  
באדום אמרו ישראל הדי נתיגענו ונאלין ומשתעברין: אין אנו מבקשים  
שיאר לנו כשר ודם למטה אלא הקב"ה שנאמר אל יהוה ויאר לנו:*

*Accidit cuidam, inquit R. Iochanan, ut noctu accenderet lucernam, hæc ve-  
ro exstingueretur, semel atque iterum frustra accensa; dixit ille vir: Quamdiu  
me delassabo eundo? exspectabo donec sol oriatur, ut ambulem ad lucem solis.  
Ita Israelitæ subingati sunt in Aegypto, ac exstiterunt quidem Moses & Aaron  
illorum liberatores; mox retracti in seruitutem Babylonicam, vindices habue-  
runt Ananiam, Misaelem & Azariam; hinc a Grecis oppressi, mox liberati  
a Mattathia Hasmonæo huiusque filijs; donec tandem a Romanis subacti,  
dixerunt: Ecce delassati sumus, cum modo liberati sumus, modo in seruitutem  
relapsi; non perimus, ut luceant nobis homines in his terris, sed Deus benedictus  
ipse, quemadmodum dicitur Ps. CXVIII, 27. Deus est IEHOVA, & illuxit  
nobis. Manifestum est, hæc omnia dicta esse in הנאולה האחרונה  
redemptionem, ut vocant, postremam, quæ per Messiam futura est;  
eamque affirmari multo illustriorem futuram, quam præteritorum  
temporum redemptiones, quia ab IEHOVA ipso fiet. Oportet igitur  
MESSIAM esse IEHOVAM; quia nisi hoc est, & si Iehonah*

per





quodnam nomen Messia est? ac respondet R. Abba bar Kabana יהוה שמו שנאמר ויהוה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו IEHOVAH est nomen eius, quia scriptum est: Et hoc erit nomen ipsius, quo vocabitur, Iehouah iustitia nostra. Et ibidem R. Leui ait ודשם ונומר דשם אשר יקראו יהוה צדקנו;

Felicem illam ciuitatem, cuius Regi (Messia) idem est nomen, ac Deo ipsius! sicut dicitur: Et hoc erit nomen ipsius &c. Ex recentioribus quoque Rabbinis, præter Aben Esdram (cuius testimonium seq. §. allegabimus) etiam D. Kimchi, huiusque epitomator Salom b. Melech in Micblal Iopbi ad Ier. XXIII, 6. c. XXXIII, 15. 16. & Ezech. XLVIII, 35. hunc ipsum locum de Messia explicant. Verba Kimchii in Comm. ad Ier. XXIII, ita habent: יקרא המשיח כוה השם יהוה צדקנו; Vocabitur Messias hoc nomine: IEHOVAH IVSTITIA NOSTRA.

§. VII. Ex quibus omnibus patet, non solum quantam iniuriam ipsi textui Hebræo inferant, sed etiam quam impudenter suæ antiquitatis desertores sint aliqui ex recentioribus Iudæis: qui, quod clarissimo hoc de Christi Deitate testimonio intelligebant præstringi oculos suos, maluerunt aut vniuersum hoc nomen, aut saltem præcipuam eius partem, Christo adimere, quam lucem veritatis admittere. Ex horum numero est R. Abarbanel in Comm. ad Ier. XXIII. f. 121. d. qui contendit, Messiam neque Iustitiam nostram simpliciter, neque Iehouam iustitiam nostram nominari, sed eius nomen צדקנו Germen iustum esse ex v. 5. repetendum, ita ut verba v. 6. sic debeant exponi: Et hoc (videlicet Germen iustum v. 5.) erit nomen eius, quo vocabit eum Dominus Deus exercituum, qui est iustitia nostra. Sed quid opus est, in oratione simplici ac plana fingere lacunam? aut cur analogiam loquutionis biblicæ deserere sine causa, & contra sententiam veterum? nam hæc quidem Abarbanelis detorsio potius, quam explicatio, si ad similia seu analogia loca fuerit adplicata, statim adparebit (vt est) coacta & in textum violentem inlata. Etenim quæ absurditas foret, si quis illud Exod. XVII, 15. ויהוה שמו יקראו שמו יהוה צדקנו ad imitationem Abarbanelis verteret: Et adificauit Moses altare, & Iehouah, qui est vexillum meum, vocauit nomen eius? vt cetera loca, in quibus analogia similis reperitur, breuitatis causa præteream. At R. Saadiah voluit qui-



quidem Mesiam vocari צדקנו iustitiam nostram, sed demta voce יקראו, quam opinatus est velut subiectum pertinere ad verbum יקראו vocabit ipsum. Verum hanc opinionem, vt decet, confutauit ipse eius gentilis, R. Abraham b. Esfya in Comm. ad Exod. XVIII, 3. והנאן אמר כי השם רבך עם מלך יקראו ושם המשיח הוא צדקנו והנה הוא מטעה בעל הטעמים ששם טרואה נמלרת יקראו :

Sententia, inquit, R. Saadia Haggason est, quasi nomen lehouah construendum sit cum verbo יקראו (quo vocabit eum lehouah;) i. e. vt sola vox יקראו iustitia nostra Mesiha nomen sit. sed ecce ille impingit contra auctoritatem accentuatum, qui verbo יקראו adposuit distinctiuum Tiphcha.

§. VIII. Sed intuentem pleraque ista ludæorum testimonia, tamen hic scrupulus interturbare potuerit: Iudæos quidem Christo nomen IEHOVAE permittere, sed interpretamentis suis ita vim eius enervare, vt difficulter ad euincendam contra ludæos diffiniam Christi naturam adhiberi queat. Nos vero secus hac de re sentimus: neque solum ex Scripturæ sacre visceribus, verum etiam ex ipsis ludæorum glossematibus inuicem commissis, arbitramur, obstructis ipsorum effugiis, hoc nomen contra Iudæos vtiliter virgeri posse. Triplicem vero elabendi viam animaduertimus ludæos captare: singulas igitur age seorsim consideremus.

§. IX. Nam (1) quidem *Aben Esra* & *D. Kimchi* contendunt, nomen illud Mesia non essentialiter & pro re significatum, sed tantum symbolice esse proprium: cuius generis sit illud, quando *אלהי ישראל* Exod. XVII, 15. יהוה נס' *Iehouah vexillum meum*, & Gen. XXXIII, 20. *אלהי ישראל* *Deus fortis Deus Israelis*, aut quando *יהוה שמה* *Iehouah ibi*, aut denique quispiam Num. I, 6. צורי שרי *Petra mea Omnipotens* cognominatur; quibus equidem nominibus in confesso sit, naturam rerum nominarum exprimi haud posse. Verum quid de hoc parallelismo iudicandum sit, ipsi primum ex tribule suo *Abarbanel* condiscant; cuius verba in Comment. Ierem. f. 119. c. d. hæc sunt: הרביעית באמרו וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו שאמר זה על המשיח שמלוך בישראל כי אך יקראו אותו ה' בשם המיוחד המפורש אליו יתברך שלא ישתנה בקריאתו דבר מנבראיו והמפורשים אמרו שכן קראו יקב

i. e. non יי שרו, פרו יקראו בלעדו  
sed יקראו על no  
mibi Iesus. Nā  
שמה יהוה, אל  
בן צדקנו, ואל  
בן צדקנו, ואל  
שמו אלוהי יקראו  
שם פסוקים לוקו  
לומר ביהוה  
פסוק, ליהוה  
על אפסיה דדי  
אלוהי יקראו  
על פסוקים לוקו  
שם.

יעקב אבינו אל המזבח אל אלהי ישראל ומשה רבינו קרא אל המזבח  
 יהוה נסי ויחזקאל קרא לירושלם יהוה שמרה אבל אין זה היתרדאו  
 : *Questio quarta; quid sibi velit illud, Et hoc erit nomen eius, quo vocabunt eum, Iebouah iustitia nostra? si quidem de Messia id dicum, qui regnaturus est in Israele. Quo pacto enim potest Iebouah eum suo ipsius proprio ac peculiari nomine vocare, quandoquidem ipsius nomen nequit cum re vlla creata communicari? Ac dicunt quidem interpretes, eodem modo altare ab Iacobo ישראל אל אלהי ישראל, & a Mose יהוה נסי, urbemque Hierosolymam ab Ezechiele ירוהה שמרה vocatam fuisse: sed hæc quidem solutio nullius pretii est, quoniam dubia nihilominus res manet in omnibus. & f. 121. d. idem ait: אין זהו היתר לספק כי אם תוספת: זרות בכל שאר הפסוקים שזכר: Non est hæc solutio difficultatis huius sufficiens, sed angens potius anomaliam in ceteris locis omnibus, quæ allegant. Deinde vero & hoc sciatur, non esse parallela, quæ fingunt, sed maxime disparia. Nam e. g. altaris Mosaiici nomen nos quidem ambabus manibus largimur, fuisse mere symbolicum, ita vt res ipsa, vocibus יהוה נסי significata, nullo modo altari potuerit adscribi. cur? quia neutra pars nominis potest de ipso predicari separatim accepta, ita vt maneat idem eius sensus, qui fuerat in compositione. Nam altare facile intelligitur proprie Iebouah dici non posse, quia nec vexillum meum proprie dici poterat. Ita potest aliquis homo vocari צורי שדי Petra mea Omnipotens, sed ita vt quiuis statim intelligat, nomen illud non essentialiter esse homini proprium, sed symbolice: quia neutrum separatim est homini essentialiter. Porro Israelitæ vitulum, cuius cultum in desertis instituerant, vocant Deum suum, populi ex Aegypto educlorem, Ex. XXXII, 4. Hoc nomen (nisi quis putet, Israelitas sensum penitus excusississe) totum symbolicum fuit. quid ita? Vitulum Deum cognominarunt, non quod reuera eum existimarent Deum esse, sed quod illum pro symbolo Dei haberi vellent. Vnde vero id constat? inde constat, quod alterum cognomen membrum (educlor populi ex Aegypto) non potest vitulo qua tali tribui, vt aliquam eius designet qualitatem aut efficaciam. Quod si de vitulo potuisset vilo modo predicari educlor ex Aegypto, sequeretur, Israelitas eum vocasse Deum, non symbolice, sed naturam eius expressuros. Iam vero de Messia nomine*

T Nam nulli mor  
 talium est צור  
 ירוהה שמרה 4  
 א ויחזקאל 32  
 צור זולתי אדוני  
 א ויחזקאל 8  
 הוה אלוק עבדך  
 א ויחזקאל 32  
 ידעתי

nomine יהוה צדקנו longe aliter se res habet. Frenim *R. Saadiaz* (vt paullo ante cognouimus) concefit, Messia alteram huius nominis partem צדקנו simpliciter competere, ita vt fit ipse *iustitia nostra*. Etiam *R. Alschech* in Comm. ad Ier. XXIII. id ipsum his verbis egregie adferit: מה שאנו צדיקים אתה הוא צדקנו שעל ידך אנו משפעים: שפע ליקרא צדיקים ואם כך כל זכות הקרא אנו בשם יהוה הוא צדקנו במיכתך כי אתה צדקנו *Equidem quod nos iusti sumus, (loquuntur ad Christum omnes iusti) inde nobis accidit, quod TV es IVSTITIA nostra; siquidem per Te affluenter nobis suppeditatur influxus, vt iusti quocumque vocari: quod si est, ergo quod nos de Iehoua nomine cognominamur, (respicit ad Esa. XLIII, 7.) id totum Tibi tanquam causa debemus, quia TV es iustitia nostra.* Hinc igitur nobis ratiocinandi præclarum suppetit argumentum: Si Messias vocatur *iustitia nostra*, nomine non symbolice, sed realiter proprio, (id autem ex ipsa Iudæorum confessione modo laudata clarum est) sequitur, vt Messias eadem ratione nominetur *IEHOVAH iustitia nostra*. Nam vnum debet intelligi sicut alterum, & totum sicut pars: neque possunt voces huius nominis ita diuelli, vt alia symbolice, alia realiter Messia sit propria. Scriptura enim diserte negat, esse in vlllo alio, nisi in *IEHOVAH, IVSTITIAM, Tantum in Iehouab, inquit, est iustitia; in Iehouab iustificabuntur & gloriabuntur omne semen Israhel, Esa. XLV, 24.*

§. X. Alterum effugium, quo vim nominis Messia conantur Iudæi eludere, illud est, quod aiunt, Messiam tantummodo honoris causa Iehouam salutari, videlicet quemadmodum Esa. XLIII, 7. Deus ipse dicat, quosuis etiam iustos, quia tales sint, de suo nomine appellari, כל הנקרא בשמי, *quisquis vocatur nomine meo.* Sed respondeat pro nobis *R. Moses Alschech* ex Comm. in Esa. XLII. f. 37. c. כל הנקרא כולי הנה רש"בן בשם רבי יונתן אמר: נקראו בשמו של הק"ב צדיקים משה וירושלם צדיקים דכתיב כל הנקרא בשמי וכולי ואפשר שלא כל סוג צדיקים יקראו בשמו שאם כן מה יתרונו של משה שקרא בה האם גרע מכל צדיק שבישראל:

*Ait R. Samuel bar Nachmani, allegata R. Ionathanis auctoritate: Tres vocantur nomine Dei sancti benedicti, iusti, Messias, & Hierosolyma; Iusti, sicut scriptum est: Quisquis nomine meo fuerit vocatus etc. Sed necesse*

non est, ut statuamus, iustos in genere nomen Dei habere. si enim hoc esset, quam foret prerogativa Messia, dum sic speciatim appellatur? aut num forte minor est omnibus iustis, qui sunt in Israele?

§. XI. Tertium effugium, sed nec illud felicius, est in Comm. R. Bechai ad Leg. f. 112. d. Fugit enim, Messiam vocari Iehouam, quia Iehoua legatus sit: esse vero moris, ut mittentis nomine legatus aliquando appellatur. Verum exempla, quae pro stabilendo hoc suo canone adfert, admodum inconcinna sunt. nam quis feret allegantem illud Ex. XXVIII, 7. ubi contendit, verba omnis quarens Iehouam ita interpretanda esse, ut Iehouah sit nomen Moysi? aut quis largietur Iudæo, fuisse hunc virum aliquem iustum, qui vocetur בשם המיוחד nomine Dei proprio, quando Gen. XXV, 22. Rebecca ad consulendum Iehouam abiisse, eidemque v. 23. Iehouah respondisse legitur? Ac certe absurditate non careret, si quis legatus Regis ipsum Regem Guilielmum aut Ludouicum, aut alium quemuis, a quo missus esset, se nuncuparet; id quod ipsi Rabbinii, loco ex Midrasch Tillim paulo ante §. VI. adlato, nobiscum profitentur: multo minus igitur creatis rebus hæc arroganda gloria est, ut Iehouah nominentur; quia scriptum legitur Esa. XLII, 8. Ego IEHOVAH, hoc est nomen meum, & gloriam meam alii non dabo.

§. XII. Poterat insuper contra vim huius nominis opponi locus Ier. XXXIII, 16. ubi ipsa Hierosolyma videtur appellari יְהוָה צְדָקָה IEHOVAH IUSTITIA nostra appellari. Verum (si qua omnino imponendi nominis ratio hic designatur) nomen istud aut vrbis Hierosolymæ est, quod placet Iudæorum plerisque, aut Messia, quod nostris arridet: si vrbis Hierosolymæ, nomen quidem mere symbolicum erit, neque quidquam præiudicabit Messia nomini, quippe quod §. IX. euicimus actuale Messia qualitatem & essentiam exprimeret; si Messia, confecta obiectio est. potest enim hæc obiectio loci mens esse: Et hoc erit nomen, quod vocabunt eam, (videlicet Iustitiam ex v. 15. quo nomine Messias designatur secundum Ionathæ paraphrasin) Iehouah iustitia nostra. Fatemur tamen, planius videri nobis, si is ipse locus ita conuertatur: Et hic erit, qui adclamabit ei, IEHOVAH IUSTITIA nostra, Christum puta ex præcedenti commate.

Cui sententia obseruauimus apud Iudæos ipsos patrocinium præsto esse in R. Moysi Alshech Commentario ad h. l. וְיִיְהוָה אֱשֶׁר יִקְרָא לְיְהוָה לְיְרוּשָׁלַיִם לְיְרוּשָׁלַיִם  
 T. הוּא (si) qd si qd, or. יְהוָה אֱשֶׁר יִקְרָא לְיְהוָה לְיְרוּשָׁלַיִם לְיְרוּשָׁלַיִם  
 obtinere, nomen  
 צְדָקָה הוּא duobus  
 qd commune, quod  
 in Messias debet esse proprium ac peculiare. (2) si posterior, structura textus qd  
 impeditur ac pene coacta, quia ex nomine compellitur צְדָקָה צְדָקָה לְיְרוּשָׁלַיִם ad צְדָקָה  
 potest pronomen לה referri.

לירושלם לישב. כמח דאתמר דברו על לב ירושלם וקראו אליה להיא  
הוא יהוה צדקנו הוא מלך המשיח כדאזוה שמו אשר וקראו יהוה צדקנו

*Et quis vero erit, inquit, qui adclamabit Hierosolyma ad consolandum eam?  
prout dicitur: Loquimini ad cor Hierosolyma, & adclamate ei, Esa. XL, 2.  
Nomen ipse Iehouah iustitia nostra, id est, Rex Messias: quemadmodum  
dicitur c. XXIII, 6. Hoc erit nomen eius, quo vocabunt ipsum, Iehouah iusti-  
tia nostra.*

§. XIII. Quæ omnia, vbi penitus a nobis fuerunt considerata,  
inducunt nos potius, vt accommodatis huc D. Kimchii verbis, ex  
Comment. ad Plal. LXXXIX, 25. separatim Venetiis excuso, hanc  
meditationem de glorioso Christi nomine obfignemus: יהוה שמו  
יהוה שמו Iehouah est nomen illius, & vicissim Nomen illius Ipse est. Christus  
enim idcirco est ipse Iehouah, quia Iehouæ nomen habet: & nominis  
versa vice, Iehouæ nomen habet, quia ipse Iehouah est, & nominis  
significationem ipsa sua essentia atque natura exprimit. Nam

*T. idq. eo magis,  
quod Regium fuisse  
probat, Magiana  
epid. v. l. c. 19.  
Lari. Nomen de.  
houæ, allegato  
Rous. xviii, 10.  
א ש מ ל כ ז ר*

*Don. Hier. II.  
his dicitur. Iff.  
or. sup. x. r.  
121. b. pro explicanda voce  
א. n. u. i. d. e.  
B. b. u. e. q. u. e.  
de. e. s. t. i. n. t. e. r.  
p. r. o. b. a. t. i. o. n. e.  
i. n. d. i. c. t. i. o. n. e. e. i. u. s.  
v. e. r. a. u. s. l. e. u. e. r. e.*

Christus est *ὁ ἀν, καὶ ὁ υἱ, καὶ ὁ ἐρχόμενος* Apoc. I, 8. quod prisci He-  
brai in Midrasch Tillim ad Pl. LXXXII. f. 38. c. & in *Sehemoth Rabbah* f. *Prou. xviii, 10.*  
אני שהייתי ואני יהוה seu יהוה, sic efferunt יהוה ואני, sic efferunt יהוה ואני  
Ego sum quis sui, & ego idem nunc sum,  
Atque hoc quidem Messia nomen  
שם רבא וקרא, tam illustre est, opinor, vt sit *ὄνομα ὑπὲρ πάντων ὀνομα*,  
nomen eximium & pretiosum, explicatum vel, vt alii vertunt,  
separatum & peculiare, הנהדר הגדול, ac denique  
הנהדר הגדול הנהדר, huiusmodi enim epi-  
theitis Iudæi nomen יהוה describere solent.

*et quidem proba.  
uitus, coll. A.  
Alto lib. 2. l. 1.  
Karim c. 28.*

§. XIV. Quoniam igitur Messias essentialiter Iehouah est, inde  
facilius potest intelligi, quomodo & quam obrem nominetur הארון  
DOMINVS: Mal. III, 1. *Deropente, inquit Propheta, venit ad tem-  
plum suum DOMINVS, quem vos queritis.* Nam hunc DOMINVM  
esse MESSIAM, ipsi nos edocent Rabbinæ, Salomo b. Melech in *Mich-  
lal Iophi*, & D. Kimchius in Comment. ad h. l. aperte confidentes:  
הארון אשר אתם מבקשים שהוא יהוה הארון הוא מלך המשיח  
הארון אשר אתם מבקשים שהוא יהוה הארון הוא מלך המשיח  
possunt, inquit, hoc vocabitur ita interpretari, vt Do-  
minus quem vos queritis intelligatur esse Rex Messias. iam vero hæc vis  
nomini

*hinc non solum  
& Χριστός Κυριος  
quod Latine dicitur  
sed etiam Χριστός  
Κυριος Iero. v. 11.*

